SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Audiam quid loquatur in me deus ps. Docet quinimo doctor Aug.
Dicebat hic platonem sensisse quod deus sit ea omnia quae sic lumen
omnium rationum et ps. sic finis omnium autem. Ut sine eo nulla res subsistat
nulla sententia instruat et nullus rerum usus expediat. Nam sicut omnis
noster intellectus sine divino lumine quod est omnibus actibus sine luce. Nam
sicut oculus corporis licet de sua re habeat facultatem videndi nunquam tamen asse-
quitur beneficium visionis nisi auxilio luminis sui matris solis. Ut autor de
spiritu et anima dicit. Sicut neque oculus spiritalis quibus de sua re natus intelli-
gere sit nunquam tamen intelligit nisi adiuto lumine veri solis. Unde petrus dicit
in lumine tuo videbimus lumen. Non ergo potuissent eximii tamen doctores
doctores esse quae dixerunt de deo stricte nisi illustrati hac luce qui lumi-
nat omnem hominem sui docentem sui scribentem sui aliquid meditante.
Dicat ergo quantum apostolus sui eximii dicat omnis scriptura et quicunque
docet in ecclesia. Audita quid loquatur in me dnus deus. Inquo verbo salu-
biter indagato tria notant.
Primum est humilitas reverentiae obsequii quo homo ad divinas praedicationes
se praeparat. Secundum est sublimitas supernae inspirationis quo facere dei aliquid esse
mandat. Tertium est familiaritas interioris eloquii quo deus animam intus
illuminat. Primum respicit auditum auris exterius. Secundum bonum mentis
superius. Tertium vero auditum aurium exterius. Nota ergo primo humilitas
reverentiae obsequii cum di audiam. Audire actus est reverentiae. Nota
2° sublimitas divinae inspirationis cum infert quid loquatur dominus deus. Notatur
et 3° familiaritas interioris eloquii cum adiungit in me. Nobilissimum genus
loquendi quando non exterioribus signis sui corporalibus sonis deus alloquitur
animam sed intus cum praedicat sua ipsam sine ullo medio docebat ea sicut do-
cuit paulum evangelistam et omnes alios qui docuerunt in ecclesia. Spiritum
quod adeo audiebant interius scribebat et legebant exterius. Dicat ergo unus-
quisque talem audita quid loquatur in me dnus deus. Ut ergo devote audire divi-
na locutione possimus quod nobis deus loquatur attendamus. Est ergo notandum
adponis quod loquitur deus.
Primo ut vere potentissimus iudicando
Secundo ut magister prudentissimus docendo
Tertio ut amicus dulcissimus consulendo
Quarto ut iudex equissimus examinando.
Est ergo primum divinum imperium
quo ligamur. Est secundum divinum magi-
sterium quo docemur. Est tertium divi-
num colloquium quo consolamur. Est quartum
divinum iudicium quo texemur. Dico
quod primo deus ut vere potentissimus